Nota qd senciendum sit de predestinacione & te
nendum Ubi sciendum est secundum doctores quia sicut scriptum dicitur
eccli xv° Deus ab inicio constituit hominem & re
liquit eum in manu consilij sui adiecit mandata
& precepta sua Si volueris mandata conservare con
servabunt te in perpetuum & post subditur apposuit
tibi aquam & ignem ad quod volueris porrige manum
tuam ante hominem vita & mors bonum & malum
quod placuit ei dabitur illi Unde clare patet
quod homo qui diu est in hac mortali vita liberum
habet arbitrium in quo condidit & reliquit eum deus
Ita ut in sua libera potestate sit observare divina
precepta cum dei adiutorio quod ei semper presto est
qui facit quod in se est conando ex naturalibus suis
ad bonum & utendo bene libero arbitrio sibi a deo sibi
dato & si perseveraverit usque in finem in observancia
mandatorum dei salvabitur Est etiam in sua
libera potestate se convertere ad malum & transgredi
mandata dei & si in tali inobediencia & transgressione
mandatorum dei perseveraverit usque in finem dampna
bitur Et ex hoc utique sequitur quod reprobacio vel
predestinacio divina non imponit aliquam necessitatem

ipso predestinato vel reprobato quo ad finalem
perseverantiam in bono vel in malo. Per hoc enim
quod aliquis homo est predestinatus a deo ad vitam eternam
non necessitatur ad servandum mandata dei perseue
rantur usque ad finem. Nec etiam per hoc quod aliquis
homo est reprobatus necessitatur ad transgrediendum man
data dei perseuerantur usque ad finem. Alias enim
nullus homo haberet potestatem liberam servandi mandata
vel transgrediendi quod est contra scripturam preallegatam
gatam que tamen tenetur. Prima ad quelibet homo
est predestinatus vel reprobatus. Si predestinatio vel
reprobatio necessitat hominem ad hoc vel ad illud,
tunc non homo habet liberam potestatem ad hoc et ad illud
sed quilibet homo necessario limitatur ad unum. Quod contra
dicit scripturam quod deus ab initio constituit et reliquit
hominem in manu consilii sui et quod dicit quod pla
cuerit ei dabitur illi. Ex quo ulterius sequitur quod non
omnis predestinatus necessario salvabitur. Nec omnis re
probatus necessario dampnabitur. Patet quia sicut ex predictis
constat quod homo predestinatus non obstante predestina
tione quamdiu est in hac presenti vita mortali habet liberum
arbitrium non solum ad bene agendum et ad observandum

madata dei / s; etia ex sua libtate pt mala
age & trasgredi madatu dei / Et i tali tras
gressioe usq; ad fine vite pseuare quod si
fecit no saluabit / s; dapnabit. Sic etia
reprobatus no obstate reprobacoe s; liber arbitriu / quo pt libere cu dei adiutorio ut
pdictu e se querte ad bonu & obsuare ma
data / & i tali obsuatia pseuare usq; ad fine
qd si fecit / no dapnabit / s; saluabit. Iste
plane oia q dicta sut racoe q si pdestina
& reprobatio nutate iponerent ipis pdestinatis
& reprobatis i actibus suis quo ad obsuacoem
madatoru dei vel trasgressioe eorude et etia
quo ad finale saluacoem vel dapnacoem
qsequeda / sequeret q nullu iuste & racionabile
debet premiu ppt obsuatia madatoru dei
aut pena ppt trasgressione eorude / s; hoc
dice unusa lege vetis & noui testamtoru
de madatoru diuinoru obsuatia & de pmis
sionibus premioru & cominacoibus penaru necessita
facit ymo falsa & medace. Hoc eni dice e
face iniustu deu q trasgressoribus ifert pena

madatoru //

suie sed Hoc dicere est dare etiam talibus occa
sionem agendi quicquid sibi placuerit et quicquid
sibi mens sua suggesserit absque lege et regula
tunc inutilis erit omnibus observancia regularis disci
pline Et quod iste inconveniens sequatur patet quia
hoc quod nullum racionabile dicit primum nec iuste
infligit penam peccantibus talibus ad quos
ex divina predestinacione vel reprobacione necessitatur
et quos vitare non potest nec in sua libera potestate
Et etiam si predestinati necessario salvabuntur et re
probati necessario dampnabuntur tunc nulla disciplina
regularis observancia nec aliqua vita religiosa
nec impletio mandatorum dei iuvare poterit hos
scilicet reprobatos ne dampnentur nec talium transgres
sio et contumacia perversa vita et inordinatus vivendi
modus impedire poterit illos scilicet predestinatos
ne salventur et ita frustrabuntur omnes leges divina
humana et naturalis Nec oportebit quemquam curare
quomodo vivat ut salvetur et quomodo caveat ne
dampnetur Sed sufficit quod quilibet committat se eventui
eventui suo quo ad predestinacionem vel reprobacionem
et dicat faciam quicquid volo quia si predestinatus
sum salvabor necessario Si reprobatus sum dampnabor

nitād Sed q̄ sit hoc detestabile ꝛ horrendū
oēs pie mentes pudicet et distinant Sed i
ista matia occurrerūt difficultates multe ꝛ
magne ita ut terreātur i eis etiā sapientes
Unde ille venerabil' Boetius i v° de ꝯso° phye
dicit hoc ee ꝯplexū sapiētū Nec mirū cū
ꝛ ille diuinꝰ aplꝰ qui i tertiū celū raptꝰ
audiuit archana dei q̄ nō licet hoī loq
exclamauit dicens Ro° xi° O altitudo diuiciarum
sapie ꝛ sciē dei q̄ icōphensibilia sūt iudicia
eius / ꝛ iuestigabiles vie eiꝰ Unde nō videtur
securum / q̄ simplices cl'ici vel layci nō suf
ficient i scolasticis exercicijs theologicis / ꝛ philosophicis
phicis ~~[illegible]~~ eruditi talibꝰ difficultatibꝰ
se iuoluant Sed sufficit / vt ea q̄ pdicta sūt
i quibꝰ theologi ꝯcordāt cū phis / saltē illis
qui racionabiliē philosophisāt sit firmit' // philoso phisati
teneāt nec solliciti sint velle scire / an
sint pdestinati vel reprobati / cū hoc scire
nō sit homi viatori scdm cōem legē dei
Dixit ecclesiastes ix° Non scit homo an amore
vel odio dignꝰ sit Sed oīa i futurū suant'
incerta Sed cūcta puigili die noctuq3 stu

decat declinare a malo et facere bonum Ser
uite domino in timore et exultate ei cum timore
Nichil hesitantes de eterna salute et de destia
bili primo si fideliter tali tantoque servierit
domino tam procul dubio servire regnare est Et id
postquam propheta ipse dixit Servite domino in timore
ne servitus ista ad quam hortatur dura videatur
aut miserabilis vel eius statum subiungit
Et exultate cum tremore Ut ostenderet quod
divinus timor non ad miseriam sed ad gaudium
ducat Et ne iterum haec exultatio negligentes
reddat addit cum tremore Ut vestraque sociat
celeste reuerentia tanto domino exhibenda ex
primet propter hoc etiam apostolus ait Cum metu
et tremore salutem vestram operamini ad Philippenses
2o Sunt etiam quod cum propheta spem quod exulta
tionem solet inducere commendans dicens Beatus
vir qui sperat in eo Ne servi dei liberi bene
meriti ex ipsa spe nimia securitate presu
merent et in ipsa exultatione redderent dissolu
ti statim de timore quo redderent de suo timo
re solliciti subiungit dicens Timete dominum
omnes sancti eius Ut videlicet qui stat videat ne

tradat pª ad Tim xº Hinc etiam adūtē possūt
servi dei q hēt duo scz spes et timor simul
iuncta sint eis necia Ut nō declinet neqz ad
dextera neqz ad sinistra sz p via qua precepit
dns deus me ambulet Duo naqz extrema dili-
gent et caute vitanda st scz dextera psumptois
et sinistra desperatois Sicut si ascenderis psump-
tabius Sicut si lapsus fueris demergeris Ab utroqz
te revocat spes et timor si ea rite conjuncte
et ab illa altitudine sive dextro et ab ista pfun-
ditate sive sinistro Timor qde ab altitudine
sive dextro psumptois Spes vero a pfunditate
sive sinistro desperatois et ita i medio tutus
simq ibis de quo medio ysa xxxº dr het
via ambulate i ea et nō declinabitis neqz ad
dextera neqz ad sinistra etc et tm de illo

Collecta p magrm heymanu de Kassa
qui obijt Anno dni mº ccº xcvj 1396